



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

70 Amare Religiosos & illis fauere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

potestas non solum ad mundi regimen, sed ma-  
trem ad Ecclesiae præsidium Principib. est collata.

## SIGNVM LXX.

## AMARE RELIGIOSOS.

M Anebat quidam Monachus AEgyptius in  
suburbano Constantinopolitanæ vrbis,  
& dum transiret Theodosius Iunior imp. per illam  
viam, reliquit omnes, qui in obsequio eius erant,  
& venit solus in cellam eius, & pulsans ad ostium  
Monachi, aperuit ei Monachus. Videns autem eum,  
cognovit quia Imperator esset, sic tamen suscepit  
eum, tanquam unum ea officio militantium. Cū  
ergo introisset, fecerunt orationem, & federunt.  
Cœpit autem eum interrogare Imperator, dicēs,  
quomodo sint Patres in AEgypto. Et ille: Orant  
pro salute nostra omnes. Imperator autem cir-  
cumspiciebat in cella eius, si quid haberet, & ni-  
hil ibi vidi, nisi paruam sportulam, habentem  
modicum panis, & lagenam aquæ. Et dixit ei Mo-  
nachus: Gusta modicum. Et infudit ei panem, &  
misit oleum, & sal: & manducauit, & dedit ei a-  
quam bibere. Dixit autem ei Imperator: Scis quis  
sum ego? Et ille dixit ei: Deus te scit quis scis. Tūc  
dixit ei: Ego sum Theodos. Imp. Ille aet statim a-  
dorauit, salutans eum humiliter. Et dixit Imp.  
Beati estis vos Monachi, qui securā vitâ habetis,  
& nō cogitat de hoc sæculo. Veritatē dico vo-  
bis, quia licet in Imperio natus sim, nūquā tamen  
delectus sum, sicut hodie, pane & aqua: satis. n.  
& libenter comedī. Et cœpit ex tūc honorare eū  
Imp. Senex autem egrediens fugit, & iterum ve-  
nit in AEgyptū. Vit. Patr. part. 2. cap. 14. de Hunili-  
tate. Vide Baron. Tom. 5. Anno Christi 425.

2.R.67-

2. *Raymundus Barchinonensis Comes suas ditio-*  
*nes omnes firmiter communis, quod trecentas*  
*Ecclesias ædificauit, & maximis doribus locu-*  
*pleteauit, quam si armis, munitionibusque qui-*  
*buscunque munisset. Francisc. Tarasa rerum*  
*Hisp. in Alfonso VIII.*

3. *S. Bernardus centum sexaginta Monasteria*  
*cum sex germanis fratribus Monachis exædificauit.* Antonin. tit. 17. cap. 5. Nacler. 37. (Terribilis  
*castrorum acies ordinata, Exercitus buccinjs, o-*  
*ratiōne) & lucernis, (bonis operibus) & testis  
*vatis, (sensibus,) contritis vincunt. Iudic. 6.)**

4. *S. Luanus centum Monasteriorum funditor*  
*extitit tum in Hybernia, tum in Scotia, S. Ber-*  
*nard. in Vita S. Malachia. Vbi etiā narrat in Gal-*  
*lijs s. Columbanum Lexouijense construxisse Mo-*  
*nasterium in gentem magnam, & adiicit: Aucti-*  
*tam magnam ibi fuisse multitudinem, ut suc-*  
*cedentibus sibi vicissim choris continuarentur so-*  
*lemnia diuinorum, ita ut ne momentum quidem*  
*diei aut noctis vacaret à laudibus. Sic nec Eccle-*  
*sia Misnensis nulla hora, momentum nullum va-*  
*cet à sacrorum cantu Psalmorum. Hieronym. Em-*  
*ser in vita S. Bennonis Episc. Misnensis, in Prefat.*  
*Sur. Tom. 7. mense Junio.*

5. *Beda lib. 2. Hist. Angl. cap. 2. refert, in uno co-*  
*nobio ultra bis mille Monachos fuisse. Sophronius*  
*in Prato Spirit. cap. 103. in uno Monasterio suffic-*  
*Patres quasi ter mille & quingentos. Theodoretus*  
*in Philotheo cap. ultimo, in AEgypto quinque ferē*  
*hominum milia in Monasterijs habitasse. Sub-*  
*ninius Serapionis Abbatis disciplina in Aegyppio*  
*rant Monachi decies mille. In vit. Patr. part. i. in*  
*Thebaide in uno coenobio mille quadringenti.*

Incent. hift lib. 17. cap. 72. Antonin. part. 2. tit. 15.  
cap. 7. §. 2. in Gallia in uno Gimelensi Monaste-  
rio nongenti Monachi. Sur. Tom. 5. mense Septemb.  
in unico Britanniæ Monasterio Virgines quin-  
gentæ. Sur. ibid.

1. Anno Christi 888. Rex seu Imp. Arnulphus, vti &  
intea fecerant Carolus Magnus, & Ludouicus, coe-  
silio Verdeniæ quædam Priuilegia dedit, quæ  
postea Henricus I. Anno 931. Otto I. Anno 936. Otto  
II. Anno 974. Otto III. Anno 985. Henricus II. Anno  
1002. Conradius II. Anno 1024. Henricus III. Anno  
1046. Henricus IV. Anno 1098. Henricus V. Anno  
1112. & sequentes Imperatores his verbis confir-  
marunt: Si seruorum Dei petitionibus, quas pro  
Ecclesiæ sibi commissarum utilitatibus no-  
bis suggesterint, clementer annuerimus, id nobis  
ad perpetuæ beatitudinis præmia promerenda. *Nota quid*  
liquidò profuturū credimus, vel id nos procul-  
senserint de  
dubio ad præmia æterna capessenda liquidò per-  
meritū ba-  
ducet. Cùm etiam Imp. Arnulphus Anno 896. Mo-  
nasterio Virginum in Mullenbeck in diœcesi Mindē-  
rum.  
Si quod Anno 1441. datum est Fratribus Regula-  
ribus, insigne daret Priuilegium, in eo his vte-  
batur verbis: Cùm loca cultui Dei dicata pro-  
mouere, & nostra ope augere studemus, æterni  
Regni portionem nos ob hoc adepturos liquidò  
confidimus.  
2. Anno 1233. Theodoricus exauthoratus iam E-  
piscopus Monasteriensis, tamen in Priuilegio,  
cuidam Monasterio dato, his vtitur verbis: Tam  
ex pietate, quam ex officijs nostri ratione Reli-  
girosorum Ecclesias ab hominum iniurijs defen-  
dere cupimus, quatenus ipsarum Ecclesiæ ora-  
tiones tanto efficacius nobis perueniant ad salu-  
tem.



2. In Vitis Sanctorum Patrum part. i. dicitur de ciuitate Thebaidis Qxirineus dicta, quod fuerit refertissima Monachis, & per totam ciuitatem

*Partes omnes verbi collustratae lapidibus vini. Monachorum as Virginum.* multo plura fuerint Monasteria, quam domus ciuium: unde nullum angulum eius Monachorum habitationibus vacasse, & Monachos urbem totam quasi unam Dei Ecclesiam fecisse, nullum ibi inventum esse hereticum &c. sed viginti milia Virginum, & decem milia Monachorum. Cuius, si vidissent peregrinum, aut pauperem, inter certasse, ut ei necessaria possent suppeditare.

## SIGNVM LXXI.

NVLLO MODO PARENTIBVS  
exhæredationem liberorum Religionem  
ingredientium permittere.

1. **I**vre Ciuli iubetur semper relinquunt portio legitima ijs, qui Religionem elegerunt. (Sufficius hæc P. Leonard. Lessius in Disput. de Statu Vita & deligendo, quast. ii. & lib. 2. de Iust. cap. 10. sub. 15.) Iustinianus enim Imp. Nouellam, cap. 38. 12. statuit: Si qua mulier, aut vir Monasticamelegerit vitam, & intrauerit Monasterium, filius non extantibus, Monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus. Deinde de ijs, qui liberos habent, præcipit, vt parens, Religionem ingressurus, relinquat liberis in seculo manentibus portiones suas, & reliquum in Monasterio conferat, nulloque casu vult Monasterium priuari portione legitima, perinde ac si ipsum censeatur in numero filiorum. Eadem habentur Authent. si qua mulier. Cod. de sacro sanctu Eccles.